

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt septimvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

## CAPUT SEPTIMVM.



**V**Nde Sibylla Cum ea propheticō spū loquit̄ in uaticinio suo. Post hęc, id est, post modicū temporis egredietur Aquila de Germaniae rupib⁹, multis asso ciata Griffonib⁹, quæ irruens in ortum chrismatiſ, sedentem in fede pastoris de quinto chrismate fugabit in septimū, & irruet in antipatrem, uorabit ipsum, & nūdum sibi ablatum uendicabit. & per decem lustra tenebit, & non erit pax in terra Virginali, & gens sine capite regnabit annis illis, deposit adhærebit Aquilae grandi. Figurā habemus Hester. v. cap. diceñ. Duo eunuchi regis qui sanatores erant, & in palatio primo limine residuebant, uoluerunt regem interficere, quod Mardocheū nō latuit. O Maximiliane, isti duo Eunuchi sunt infideles subditū tui, qui fraudis & malicie uenenum gestantes contra pudicā faciem tuam, ut fi

deles tuos & te interficiant. Studeas isti temporibus te præseruare usq; ad annum ætatis tuæ tricesimum quartum. Videbis exaltationem nominis tui ab excelsō, & quia istis annis à proximis & subditis tuis patieris sinistra plura.

PROGNOSTICVM IOANNIS  
INTERFECTORES ARMATI CVM GLADIIS,  
interficientes pueros ut tempore Herodis.



Deuotus

**D**euotus Reynhardus, in spiritu uidens sub Rege Maximiliano tribulationes cleri & ecclesiæ, prorupit in hæc uerba libro suo multarum tribulationū dicens. Escæ erunt omnes uolantibus cæli & bestijs terræ filij Alemanicæ inferioris, & cordis Virginis ac Scorpionis, & cadent in ore gladij bicipitis, nec unus remanebit ex eis impunis. Erit habitatio occidentalium ac Scorpionum deserta. Eua ginabit dominus gladium Martis extremæ desolationis supra Picardos, Flandrenses, & circumiacentes. Deposit in Baioricos sceptrum feretur, & multi radij ecclesiæ obnubilabunt ibidem in Alemania ac Gallia, quia aduentus dicti regis adueniet sine signis. cū dicet pax & securitas sub regno uersantibus, tunc superueniet eis repentinus interitus. Vnde in libro multarum tribulationū Iochim dicit, ad ruinam Hiericho mundi superbiaz, qua Imperium denotat desolandū. Reges multi contra Israelitas Alemanos aduenient, sed expugnabit propter Maximilianū, quia sublime clypeum eleuabit expectando auxilium non solum ab hominibus, sed à deo, & resurget uolando ad ardua.

## CAPVT SVBDIVISVM

At tu supplex ora.

## De Germaniæ Archiprincipibus &amp; personis ecclesiasticis.

**I**OACHIM Abbas supra Hieremiam dicit, in uincendo principes ductores sacri Imperij sunt isti septem angelii suas phialas effundentes, quorum unus in terra, alius in mare, tertius in fontes, quartus in sole, quintus in sedem bestiæ, sextus in flumen Euphraten, septimus in aerem. Ecce qualiter uulnerandus erit tribulatiōibus, angustijs populus Christianus. Specialiter Leuiticus populus, totus cleris, ut fiat quasi unus ex terræ paupibus uilissimus & despectus, & decorē regio, ac prælaciæ dignitate, uidimus & quatum glorifi-

E